

113 quotations attributed to Horace in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16ra-rb):

Oratius in epistolis libro i. capitulo i. **Uirtus est vitium fugere.**¹ Epistola 17. **Oderunt peccare boni virtutis amore.**² Epistola 19. **Uirtus est medium vitiorum vtrinque reductum.**³ In sermonibus idem 3. secundum: **Nam vitiis nemo sine nascitur optimus ille est Qui minus vrgetur.**⁴

1. Virtus est vitium fugere et sapientia prima / stultitia caruisse.

Horatius, *Epistolae*, 1.1.41-42 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.252).

2. Oderunt peccare boni virtutis amore: / tu nihil admittes in te formidine poenae; / sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.

Horatius, *Epistolae*, 1.16.52-54 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.280).

3. Virtus est medium vitiorum et utrimque reductum.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.9 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.284).

4. Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est / qui minimis vrgetur.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.68-69 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.177).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquilli et bona vita et non bona (fol.18ra):

Oratius in odis libro. 2. capitulo 10. **Sepius ventis agitur ingens. Pinus et celse grauiore casu. Decidunt turres feriuntque summos. Fulmina montes.**¹ Capitulo 16. **Letus in presens animus quod vltra est. Oderit curare: et amara leto temperet risu.**² Capitulo 58. **Non possidentem multa vocabis. Recte beatum rectius occupat. Nomen beati qui et eorum Muneribus sapienter vti Durumque callet pauperiem pati. Peiusque leto flagitium timet.**³ Idem in terpodo libro i. capitulo 2. **Beatus ille qui procul negociis Ut prisca gens mortalium: Paterna rura bobus exercet suis. Solutus omni fenori. Nec excitatur classico miles truci. Nec horret iratum mare: Forumque vitat et superba ciuium Potentiorum limina.**⁴ Idem in epistolis libro 2. capitulo 3. et finali. **Scriptorum quorum omnis amat nemus: et fugit vrbes.**⁵ Idem in sermonibus libro 2. sermone 6. **Dum licet in rebus iocundis viue beatus.**⁶

1. Saeuius ventis agitur ingens / pinus et celsae grauiore casu / decidunt turres feriuntque summos / fulgura montis.

Horatius, *Carmina*, 2.10.9 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.52).

2. Laetus in praesens animus quod ultra est / oderit curare et amara lento / temperet risu.

Horatius, *Carmina*, 2.16.25 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.60).

3. Non possidentem multa vocaveris / recte beatum; rectius occupat / nomen beati, qui deorum / muneribus sapienter uti / duramque callet pauperiem pati / peiusque leto flagitium timet, / non ille pro caris amicis / aut patria timidus perire.

Horatius, *Carmina*, 4.9.45 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.126).

4. Beatus ille qui procul negotiis, / ut prisca gens mortalium, / paterna rura bobus exercet suis / solutus omni faenore, / neque excitatur classico miles truci / neque horret iratum mare, / Forumque vitat et superba civium / potentiorum limina.

Horatius, *Epodi (Iambi)*, 2.1 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.140).

5. Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem, / rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra: / tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos / vis canere et contracta sequi vestigia vatum?

Horatius, *Epistolae*, 2.2.72 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.304).

6. Terrestria quando / mortalis animas vivunt sortita neque ulla est / aut magno aut parvo leti fuga – quo, bone, circa, / dum licet, in rebus iocundis vive beatus, / vive memor quam sis aevi brevis.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.6.93 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.241).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19ra):

Oratius in epodo libro i. capitulo 4. **Licet superbus ambules pecunia: fortuna non mutat genus.**¹ Idem epistolarum libro i. capitulo 12. **Naturam mutare pecunia nescit.**² Epistola 11. **Celum non animum mutant qui trans mare currunt.**³

1. Licet superbus ambules pecunia, / Fortuna non mutat genus.

Horatius, *Epodi (Iambi)*, 4.5 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.144).

2. Forte in medio positorum abstemius herbis / vivis et urtica, sic vives protinus, ut te / confestim liquidus Fortunae rivus inaret, / vel quia naturam mutare pecunia nescit / vel quia cuncta putas una virtute minora.

Horatius, *Epistolae*, 1.12.7 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.273).

3. Tu, quamcumque deus tibi fortunaverit horam, / grata sume manu neu dulcia differ in annum, / ut, quocumque loco fueris, vixisse libenter / te dicas; nam si ratio et prudentia curas, / non locus effusi late maris arbiter, aufert, / caelum, non animum, mutant qui trans mare currunt.

Horatius, *Epistolae*, 1.11.22 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.272).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De affectibus et motibus animorum (fol.19va):

Oratius epistolarum epistola 2. libro i. **Animum rege: qui nisi paret Imperat: hunc frenis hunc tu compesce cathenis.**

Animum rege, qui nisi paret, / imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.62 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.257).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20ra):

Oratius in sermoibus libro i. sermone 3. **Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis: Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.**

Cum tua tu videas oculis mala lippus inunctis, / cur in amicorum vitiis tam cernis acutum / quam aut aquila aut serpens Epidaurius?

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.25 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.176).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20va):

Oratius in sermonibus libro i. sermone 3. **Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis: Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.**

Cum tua tu videas oculis mala lippus inunctis, / cur in amicorum vitiis tam cernis acutum / quam aut aquila aut serpens Epidaurius?

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.25 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.176).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 7: De diuersitate moralitatum et naturalitatum diuersorum hominum (fol.20vb):

Oratius in epistolis libro 2. capitulo 3. et finali. **Denique non omnes eadem mirantur
amantque.**

Denique non omnes eadem mirantur amanti: / carmine tu gaudes, hic delectatur
iambis, / ille Bioneis sermonibus et sale nigro.

Horatius, *Epistolae*, 2.2.57 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.304).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Oratius in poetam: **Quandoque bonus dormitat homerus: verum opere in longo fas est obripere somnum.**¹ Idem in sermonibus libro i. sermone 3. **Nam vitiis nemo sine nascitur. optimus ille est: Qui minus arguetur.**²

1. Quid ergo est? / ut scriptor si peccat idem librarius usque, / quamvis est monitus, venia caret; ut citharoedus / ridetur chorda qui semper oberrat eadem: / sic mihi qui multum cessat fit Choerilus ille, / quem bis ter ve bonum cum risu miror; et idem / indignor quandoque bonus dormitat Homerus; / verum operi longo fas est obrepere somnum.

Horatius, *De arte poetica*, 353 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

2. Eheu, / quam temere in nosmet legem sancimus iniquam! / nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est / qui minimis urgetur.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.66 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.177).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 11: De possibilitate et impossibilitate (fol.21vb):

Oratius in poetria. **Nescit vox missa reuerti.**

Delere licebit / quod non edideris; nescit vox missa reuerti.

Horatius, *De arte poetica*, 389 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.326).

Pars 1, Liber 3, Pars 1, Rubrica 18: De senum moralitate et naturalitate (fol.23vb):

Oratius in epistolis libro 2. capitulo 3. et finali. **Leuior et melior fis accedente senecta.**

Lenior et melior fis accedente senecta?

Horatius, *Epistolae*, 2.2.210 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.309).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.25va-vb):

Oratius in epistolis: epistola 17. **Oderunt peccare boni virtutis amore. Tu nihil admittes in te formidine pene.**¹ Oratius de tristibus libro 2. capitula unica. **Omnia peruersis: possunt corrumpere mentes.**² **Idem de fastis libro i. Est aliquid magni crimen abesse malis.**³

1. Oderunt peccare boni virtutis amore: / tu nihil admittes in te formidine poenae; / sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.

Horatius, *Epistolae*, 1.16.53 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.280).

2. Omnia peruersas possunt corrumpere mentes; / stant tamen ipsa suis omnia tuta locis.

Ouidius, *Tristia*, 2.301 (J.B. Hall ed., p.70).

3. Non meriti poenam pateris, sed numinis iram: / est aliquid magnis crimen abesse malis.

Ouidius, *Fasti*, 1.483 (E.H. Alton, D.E. Wormell, E. Courtney eds., p.16).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26rb):

Oratius epistolarum libro i. epistola i. **Hic murus aeneus extat: Nil conscii sibi: nulla pallescere culpa.**

Hic murus aeneus esto, / nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Horatius, *Epistolae*, 1.1.60 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.253).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31va):

Oratius in epistolis libro 2. epistola 2. **Multa fidem promissa leuant.**

Multa fidem promissa leuant, ubi plenius aequo / laudat venalis qui vult extrudere
merces: / res urget me nulla; meo sum pauper in aere.

Horatius, *Epistolae*, 2.2.10 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.302).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypercrisi (fol.33va):

Oratius in poetria: Ut pictura poesis erit que si propius stes: Te capiat magis: quedam si longius abstes. Hec amat obscurum: volet hec sub luce videri. Iudicis argutum que non formidat acumen. Hec placuit semel: hec decies repetita placebit.

Ut pictura poesis: erit quae, si propius stes, / te capiat magis, et quaedam, si longius abstes. Haec amat obscurum, volet haec sub luce videri, / iudicis argutum quae non formidat acumen; / haec placuit semel, haec decies repetita placebit.

Horatius, *De arte poetica*, 361-363 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.325).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34ra):

Oratius in poetria: **Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.**¹ Oratius epistularum 2. epistola: **Fallere credentem non est operosa puellam Gloria.**² Epistola 12. **Ultimus est aliqua decipere arte labor.**³ Epistola 16. **Tarda solet rebus magnis inesse fides.**⁴ Idem de arte amandi libro i. **Parua leues capiunt animos.**⁵ **Fallentes ex magna parte prophanum Sunt genus: in laqueos quos posuere cadunt.**⁶ **Non enim lex equior vlla est: Quam necis artifices arte perire sua.**⁷ Libro 3. et finali. **Iudice me fraus est concessa repellere fraude. Armaque in armatos sumere iura sinunt.**⁸ Idem de fastis libro 2. **Fraude perit virtus.**⁹

1. Reges dicuntur multis urgere culillis / et torquere mero quem perspexisse laborent, / an sit amicitia dignus: si carmina condes, / numquam te fallant + animi sub vulpe + latentes.

Horatius, *De arte poetica*, 434 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.327).

2. Fallere credentem non est operosa puellam / Gloria: simplicitas digna favore fuit.

Ovidius, *Heroides*, 2.63 (R. Ehwald ed., p.75).

3. Dicitur interea tibi lex, ut dura ferorum / Insolito premeres vomere colla boum: / Martis erant tauri plus quam per cornua saevi, / Quorum terribilis spiritus ignis erat, / Aere pedes solidi praetenta que naribus aera, / Nigra per adflatus haec quoque facta suos: / Semina praeterea populos genitura iuberis / Spargere devota lata per arva manu, / Qui peterent natis se cum tua corpora telis: / Illast agricolae messis iniqua suo; / Lumina custodis succumbere nescia somno / Ultimus est aliqua decipere arte labor.

Ovidius, *Heroides*, 12.39 (R. Ehwald ed., p.117).

4. Nec tu succense, nimium mihi creditus aegre: / Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Ovidius, *Heroides*, 17.129 (R. Ehwald ed., p.144).

5. Parua levis capiunt animos: fuit utile multis / Pulvinum facili conposuisse manu; / Profuit et tenui vento movisse tabellam / Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem / Hos aditus circus que novo praebabit amori / Sparsa que sollicito tristis harena foro.

Ovidius, *Ars amatoria*, 1.159 (R. Ehwald, ed., p.187).

6. Fallite fallentes: ex magna parte profanum / Sunt genus: in laqueos, quos posuere, cadant!

Ovidius, *Ars amatoria*, 1.645 (R. Ehwald, ed., p.200).

7. Iustus uterque fuit: neque enim lex aequior ullast, / Quam necis artifices arte perire sua.

Ovidius, *Ars amatoria*, 1.645 (R. Ehwald, ed., p.200).

8. Iudice me fraus est concessa repellere fraudem, / Armaque in armatos sumere iura sinunt: / Ducere consuescat multas manus una figuras / (A! pereant, per quos ista monenda mihi), / Nec nisi deletis tutum rescribere ceris, / Ne teneat geminas una tabella manus; / Femina dicatur scribenti semper amator: / Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis!

Ovidius, *Ars amatoria*, 3.491 (R. Ehwald, ed., p.237).

9. Fraude perit virtus: in apertos undique campos / prosiliunt hostes et latus omne tenent.

Ovidius, *Fasti*, 2.227 (E.H. Alton, D.E. Wormell, E. Courtney eds., p.32).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.35vb):

Oratius in odis libro 2. capitulo 58. **Paulum sepulte distat inertie Celata virtus.**¹ Idem in poetria. **Ut pictura poesis erit: que si propius stes. Te capiat magis: quedam si longius abstes. Hec amat obscurum: volet hec sub luce videri. Iudicis argutum que non formidat acumen. Hec placuit semel: hec decies repetita. placebit.**² Idem in epistolis 17. epistola. **Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.**³

1. Paulum sepultae distat inertiae / celata virtus.

Horatius, *Carmina*, 4.9.29 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.126).

2. Ut pictura poesis: erit quae, si propius stes, / te capiat magis, et quaedam, si longius abstes. Haec amat obscurum, volet haec sub luce videri, / iudicis argutum quae non formidat acumen; / haec placuit semel, haec decies repetita placebit.

Horatius, *De arte poetica*, 361-363 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.325).

3. Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Horatius, *Epistolae*, 1.16.24 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.279).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De vicinis propinquitate et longinquitate (fol.38rb):

Oratius epistularum libro i. epistola 19. **Nam tua res paries agitur cum proximus ardet.**

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet / et neglecta solent incendia sumere viris.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.84 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De invidia zelo et nemessatione (fol.43rb):

Oratius in epistolis 2. epistola. **Invidus alterius macrescit rebus optimis.**

Invidus alterius macrescit rebus optimis; / invidia Siculi non invenere tyranni /
maius tormentum.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.57 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.257).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.44vb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 19. **Alter rexatur de lana sepe caprina.**

Alter rixatur de lana saepe caprina <et> / propugnat nugis armatus: "scilicet ut non / sit mihi prima fides?" et "vere quod placet ut non / acriter elatrem? pretium aetas altera sordet".

Horatius, *Epistolae*, 1.18.15 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.284).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.44vb):

Oratius in sermonibus libro i. sermone 3. **Omnibus hec vitium est cantatoribus inter amicos: vt non disponant animum cantare rogati: Inussi nunquam desistant.**

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos / ut numquam inducant animum cantare rogati, / iniussi numquam desistant.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.1 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.175).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48rb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 7. **Prodigus et stultus donat qui spernit et odit. Hec seges ingratos tulit: et feret omnibus annis. Vir bonus et sapiens: dignis ait esse parandum. Nec tamen ignorat quid distent era lupinis.**

Prodigus et stultus donat quae spernit et odit: / haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis. Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus, / nec tamen ignorat quid distent aera lupinis; / dignum praestabo me etiam pro laude merentis.

Horatius, *Epistolae*, 1.7.20-22 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.265).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.56vb-57ra):

Oratius de tristibus libro i. capitulo i. **Iudicis officium est vt res: ita tempora rerum Querere.**¹

Idem de ponto libro 2. capitulo 9. et ante penultimo. **Conspicitur nunquam meliore potentia causa. Quam quotiens vanas non sinit esse preces.**²

1. Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum / quaerere; quaesito tempore tutus eris.

Ovidius, *Tristia*, 1.1.37 (J.B. Hall ed., p.4).

2. Conspicitur numquam meliore potentia causa, / quam quotiens uanas non sinit esse preces.

Ovidius, *Epistulae ex Ponto*, 2.9.15 (J.A. Richmond ed., p.50).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62rb):

Oratius in poetria: **Omne superuacuum pleno de pectore manat.**

Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Horatius, *De arte poetica*, 337 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (s.n.):

Oratius in odis libro 2. capitulo 6. **Misce stultitiam consilii breuem. Dulce est desipere loco.**¹
Idem in sermonibus libro i. sermone 2. **Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.**²

1. Rerum pone moras et studium lucri / nigrorumque memor, dum licet, ignium / misce stultitiam consiliis breuem. Dulce est desipere in loco.

Horatius, *Carmina*, 4.12.25-28 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.130).

2. Si quis nunc quaerat 'quo res haec pertinet?' illuc: / dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.2.23 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.170).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (s.n.):

Oratius in epistolis libro i. epistola 2. **Dimidium facti qui cepit habet.**¹ Epistola 19. **Nam tua res agitur paries cum proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires.**²

1. Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude: / incipe.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.40 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.256).

2. Nam tua res agitur paries cum proximus ardet / et neglecta solent incendia sumere vires.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.84 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.65va):

Oratius epistolarum libro 1. capitulo 1. **Nullius addictus iurare in verba magistri. Quo me cunque rapit tempestas deferror in hospes.**¹ Libro 2. capitulo 3. et finali. **Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit vrbes.**²

1. Ac ne forte roges quo me duce, quo Lare tuter, / nullius addictus iurare in verba magistri, / quo me cumque rapit tempestas, deferror hospes.

Horatius, *Epistolae*, 1.1.13 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.251).

2. Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem, / rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra: / tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos / vis canere et contracta sequi vestigia vatum?

Horatius, *Epistolae*, 2.2.72 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.304).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66rb):

Oratius in poetria. **Segnius irritant animos demissa per aurem: Quam que sunt oculis
subiecta fidelibus.¹ Quidquid precipies esto brevis: vt cito data Percipiant animi dociles
capiantque fideles: Omne superuacuum pleno de pectore manat.²**

1. Segnius irritant animos demissa per aurem / quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et
quae / ipse sibi tradit spectator.

Horatius, *De arte poetica*, 180 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.317).

2. Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta / percipiant animi dociles teneantque
fideles. / Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Horatius, *De arte poetica*, 335-337 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67ra):

Oratius in epistolis libro i. capitulo i. **Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit: Si modo culture patientem comodet aurem.**

Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator / nemo adeo ferus est ut non mitescere possit, / si modo culturae patientem commodet aurem.

Horatius, *Epistolae*, 1.1.38 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.252).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69ra):

Oratius in poetria. **Cur nescire pudens praue quam discere malo.**

Cur nescire pudens prave quam discere malo?

Horatius, *De arte poetica*, 88 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.313).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 8: De etate acceptabili discipline (fol.69vb):

Oratius in epistolis libro i. capitulo 2. **Nunc adhibe puro Pectore verba puer: nunc te melioribus offer. Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.**

Nunc abbibe puro / pectore vera, puer, nunc te melioribus offer. Quo semel est imbuta recens servabit odorem / testa diu.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.67-69 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.257).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70rb):

Oratius in epistolis libro i. capitulo 19. **Inter cuncta leges: et percunctabere doctos.**

Inter cuncta leges et percunctabere doctos / qua ratione queas traducere leniter aevum, /
ne te semper inops agitet vexetque cupido, / neu pavor et rerum mediocriter utilium spes;
/ virtutem doctrina paret natura ne donet; / quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum;
/ quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum / an secretum iter et fallentis semita vitae.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.96 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb):

Oratius in sermonibus libro i. sermone 3. **Neglectis vrenda filix innascitur agris.**

Denique te ipsum / concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim / Natura aut etiam
consuetudo mala; namque / neglectis urenda filix innascitur agris.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.3.34 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.176).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 6: De premeditatione et temeritate locutionis (fol.76rb):

Oratius in epistolis 19. capitulo. **Quid deque quo viro et cui dicas sepe videto Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est. Nec retinent patule commissa fideliter aures. Et semel emissum volat irreuocabile verbum.**

Protinus ut moneam, si quid monitoris eges tu, / quid, de quoque viro, et cui dicas saepe videto. Percunctatorem fugito; nam garrulus idem est / nec retinent patulae commissa fideliter aures, / et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.69 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.286).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.76vb):

Oratius in epistolis 5. capitulo. **Que non ebrietas designat operta recludit.**¹ Idem in sermonibus libro sermone 4. **Qui non iussa potest commissa tacere. Qui nequit. hic miser est. hunc tu romane caueto.**² Libro 2. sermone 8. et finali. **Res Aduerse nudare solent: celare secunde.**³

1. Quid non Ebrietas dissignat? operta recludit, / spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem, / sollicitis animis onus eximit, addocet artis.

Horatius, *Epistolae*, 1.5.16 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.260).

2. Absentem qui rodit, amicum / qui non defendit alio culpante, solutos / qui captat risus hominum famamque dicacis, / fingere qui non visa potest, commissa tacere / qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.4.81 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.183).

3. Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res / adversae nudare solent, celare secundae.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.8.73 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.249).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 18: De minis (fol.78va):

Oratius in poetria. **Nec semper feriet quicumque minabitur arcus.**

Sunt delicta tamen quibus ignovisse velimus; / nam neque chorda sonum reddit quem vult
manus et mens / [poscentique gravem persaepe remittit acutum] / nec semper feriet
quodcumque minabitur arcus.

Horatius, *De arte poetica*, 347 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 1: De rethorica et poetria et eloquentia facundiatione: oratoreatque poeta (fol.78vb):

Oratius in poetria. **Ut pictura poesis erit que si propius stes: Te capiat magis: quedam si longius abstes. Hec amat obscurum: volet hec sub luce videri. Iudicis argutum: que non formidat acumen. Hec placuit semel; hec decies repetita placebit.**

Ut pictura poesis: erit quae, si propius stes, / te capiat magis, et quaedam, si longius abstes. Haec amat obscurum, volet haec sub luce videri, / iudicis argutum quae non formidat acumen; / haec placuit semel, haec decies repetita placebit.

Horatius, *De arte poetica*, 361-363 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.325).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 7: De eloquutione illatiua passionis animi et electis exemplis huius (fol.81rb-va):

Oratius in poetria. **Ut ridentibus arrident: ita flentibus assunt. Humani vultus. Si vis me flere: dolendum est Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia ledent. Tristia mestum Vultum verba decent: iratum plena minarum Ludentem lasciuia: serenum seria dicta.**

Ut ridentibus arrident, ita flentibus afflent / humani vultus; si vis me flere, dolendum est / primum ipsi tibi. Tum tua me infortunia laedent, / Telephe vel Peleu; male si mandata loqueris, / aut dormitabo aut ridebo. Tristia maestum / vultum verba decent, iratum plena minarum, / ludentem lasciva, severum seria dictu.

Horatius, *De arte poetica*, 101-105 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.314).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum obseruanda eloquenti (fol.81vb):

Oratius in poetria. **Primo ne medium: medio ne discrepet vnum.**¹ **Detulit precium qui miscuit vtile dulci. Lectorem delectando pariterque monendo.**² **Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.**³

1. Semper ad eventum festinat et in medias res / non secus ac notas auditorem rapit, et quae / desperat tractata nitescere posse relinquit, / atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet, / primo ne medium, medio ne discrepet inum.

Horatius, *De arte poetica*, 148 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.316).

2. Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci, / lectorem delectando pariterque monendo.

Horatius, *De arte poetica*, 343 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

3. Nec satis apparet cur versus factitet, utrum / minxerit in patrios cineres an triste bidental / moverit incestus; certe furit ac velut ursus, / obiectos caveae valuit si frangere clathros, / indoctum doctumque fugat recitator acerbus.

Horatius, *De arte poetica*, 470 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.329).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda (fol.82ra):

Oratius in poetria. **Quicquid praecipies esto brevis: vt cito dicta Percipiant animi dociles: teneantque fideles Omne superuacuum pleno de pectore manat.**

Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta / percipiant animi dociles teneantque fideles. / Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Horatius, *De arte poetica*, 335-337 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.324).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85va):

Oratius in epistolis libro i. epistola 6. **Insani sapiens nomen feret equus iniqui. Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.**¹ Idem in sermonibus: libro i. sermone i. **Est modus in rebus: sunt certi denique finalis. Quos vltra citraque nequit consternere rectum.**²

1. Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui, / ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.

Horatius, *Epistolae*, 1.6.15 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.262).

2. Non ego, avarum / cum veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem; / est inter Tanain quiddam socerumque Viselli, / est modus in rebus, sunt certi denique finalis / quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.1.103 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.169).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 11. **Tu quamcumque deus tibi fortunauerit horam. Grata sume manu: nec dulcia differim annum.**

Tu, quamcumque deus tibi fortunaverit horam, / grata sume manu neu dulcia differ in annum, / ut, quocumque loco fueris, vixisse libenter / te dicas; nam si ratio et prudentia curas, / non locus effusi late maris arbiter, aufert, / caelum, non animum, mutant qui trans mare currunt.

Horatius, *Epistolae*, 1.11.22 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.272).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89va):

Oratius in epistolis libro i. epistola i. **O ciues ciues querenda pecunia primum est Virtus post numos.**¹ Epistola 6. **Et genus et formam regina pecunia donat Et bene numatum decorat suadela venusque.**² Epistola 19. **Stultitiam patiuntur opes.**³ Idem in sermonibus: libro 2. sermone 3. **Omnis enim res. Virtus fama decus diuina humanaque pulchris: Diuitiis parent: quas qui construxerit ille Clarus erit fortis iustus sapiensue: etiam et rex.**⁴ Sermone 5. **Et genus et virtus nisi cum re vilior alga est.**⁵

1. ‘O cives, cives, quaerenda pecunia primum est, / virtus post nummos.’

Horatius, *Epistolae*, 1.1.53 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.253).

2. Scilicet uxorem cum dote fidem que et amicos / et genus et formam regina Pecunia donat / ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Horatius, *Epistolae*, 1.6.36 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.262).

3. Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat, / gloria quem supra viris et vestit et unguat, / quem tenet argenti sitis importuna famesque, / quem paupertatis pudor et fuga, dives amicus, / saepe decem vitiis instructor, odit et horret, / aut si non odit, regit ac veluti pia mater / plus quam se sapere et virtutibus esse priorem / vult et ait prope vera: ‘Meae (contendere noli) / stultitiam patiuntur opes: tibi parvula res est.’

Horatius, *Epistolae*, 1.18.21 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.284).

4. Quoad vixit, credidit ingens / pauperiem vitium et cavit nihil acrius, ut, si / forte minus locuples uno quadrante perisset, / ipse videretur sibi nequior: ‘Omnis enim res, / virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris / divitiis parent; quas qui construxerit, ille / clarus erit, fortis, iustus sapiensque etiam et rex / et quidquid volet.’

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.3.91 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.219).

5. ‘O nulli quidquam mentite, vides ut / nudus inopsque domum redeam te vate, neque illic / aut apotheca procis intacta est aut pecus; atqui / et genus et virtus nisi cum re vilior alga est.’

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.5.5 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.233).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90va):

Oratius epistolarum libro 2. epistola 3. et finali. **Quanto plura parasti Tanto plura cupis.**

Quocirca me cum loquor haec tacitusque recordor: / si tibi nulla sitim finiret copia
lympphae, / narrares medicis: quod quanto plura parasti, / tanto plura cupis, nulli ne
faterier audes?

Horatius, *Epistolae*, 2.2.145 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.307).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 3: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.91rb):

Oratius in epistolis libro i. epistola i. **O ciues ciues querenda pecunia primum est Virtus post nummos.**¹ Idem in sermonibus: libro 2. sermone 5. **Dixi equidem et dico: captes astutus vbique Testamenta senum: neu si vafer vnus et alter: Insidiatorem prorsus fugerit hamo. Aut spem deponas aut artem illusus omittas.**²

1. 'O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est, / virtus post nummos.'

Horatius, *Epistolae*, 1.1.53 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.253).

2. 'Dixi equidem et dico: captes astutus ubique / testamenta senum, neu, si vafer vnus et alter / insidiatorem praeroso fugerit hamo, / aut spem deponas aut artem illusus omittas.'

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.5.23 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.234).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 13: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.93vb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 12. **Pauper enim non est cui rerum suppetit vsus. Si ventri bene si latius est: pedibusque tuis: nil Diuitie poterunt regales addere maius.**

Tolle querelas; / pauper enim non est cui rerum suppetit usus. Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil / divitiae poterunt regales addere maius.

Horatius, *Epistolae*, 1.12.3-5 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.173).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94rb):

Oratius in epistolis libro i. epistola i. **Feruet auaritia miseraque cupidine pectus. Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem Possis: et morbi magnam deponere partem.**¹ Epistola 2. **Quod est cui contingit nil amplius optet.**² **Semper auarus eget: certum voto pete finem.**³ Epistola 5. **Parcus ob heredis curam nimiumque seuerus Assidet insano.**⁴ Epistola 10. **Imperat aut seruit collecta pecunia cuique.**⁵ Libro 2. epistola 3. et finali. **Quanto plura parasti: Tanto plura cupis.**⁶

1. Feruet auaritia miseroque cupidine pectus? / sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem / possis et magnam morbi deponere partem.

Horatius, *Epistolae*, 1.1.33 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.252).

2. Quaeritur argentum puerisque beata creandis / uxor et incultae pacantur vomere silvae: / quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.44 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.256).

3. Semper auarus eget: certum voto pete finem.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.56 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.257).

4. Parcus ob heredis curam nimiumque seuerus / assidet insano.

Horatius, *Epistolae*, 1, 5, 13 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.260).

5. Imperat aut seruit collecta pecunia cuique, / tortum digna sequi potius quam ducere funem.

Horatius, *Epistolae*, 1.10.47 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.271).

6. Quocirca me cum loquor haec tacitusque recordor: / si tibi nulla sitim finiret copia lymphae, / narrares medicis: quod quanto plura parasti, / tanto plura cupis, nulli ne faterier audes?

Horatius, *Epistolae*, 2.2.145 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.307).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.95vb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 7. **Prodigus et stultus donat que spernit et odit. Hec seges ingratos tulit et feret omnibus annis. Vir bonus et sapiens dignis ait esse parandum. Nec tamen ignorat quid distent era lupinis.**

Prodigus et stultus donat quae spernit et odit: / haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis. Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus, / nec tamen ignorat quid distent aera lupinis; / dignum praestabo me etiam pro laude merentis.

Horatius, *Epistolae*, 1.7.20-22 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.265).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98ra):

Oratius in poetria: **Parturient montes nascetur ridiculus mus.**

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Horatius, *De arte poetica*, 139 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.316).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101ra):

Oratius in epistolis libro i. epistola 19. **Qualem commendes etiam atque aspice ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem.**¹ Libro secundo epistola 2. **Plenius equo Laudat venales qui vult excludere merces.**²

1. Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox / incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.76 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.286).

2. Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo / laudat venalis qui vult extrudere merces: / res urget me nulla; meo sum pauper in aere.

Horatius, *Epistolae*, 2.2.10 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.302).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105rb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 19. **Oderunt hylares tristem tristisque iocosos.**

Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi, / sedatum celeres, agilem navumque remissi, /
potores [bibuli media de nocte Falerni / oderunt] porrecta negantem pocula, quamvis /
nocturnos iures te formidare tepores.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.89 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.108vb):

Oratius in sermonibus libro i. sermone 7. **Nempe inamarescunt epule sine fine petite.**

Nempe inamarescunt epulae sine fine petita / illis que pedes vitiosum ferre recusant /
corpus.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 1.18.89 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 1: De venerei amoris laude (fol.109vb):

Oratius in epistolis libro i. epistola 6. **Si viuimus: vti censentur sine amore iocisque Nil est iocundum: viuas in amore iocisque.**

Si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque / nil est iucundum, viuas in amore iocisque.

Horatius, *Epistolae*, 1.6.65 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.264).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117ra):

Oratius in sermonibus libro 2. sermone 2. **Viuite fortes Fortiaque aduersis opponite pectora rebus.**

Quocirca vivite fortes / fortiaque adversis opponite pectora rebus.

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.2.135 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.215).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.118vb):

Oratius in epistolis libro 2. epistola i. **Quid placet: aut odio est quod non mutabile credas.**

[Quid placet aut odio est quod non mutabile credas?]

Horatius, *Epistolae*, 2.1.101 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.295).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119va):

Oratius in epistolis libro i. epistola 4. **Grata superueniet que non sperabitur hora.**

Grata superveniet quae non sperabitur hora.

Horatius, *Epistolae*, 1.4.14 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.260).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121rb):

Oratius in epistolis 2. epistola. **Ira brevis furor est: animum rege: qui nisi paret Imperat:
hunc frenis hunc tu compesce catheris.**

Ira furor brevis est. Animum rege, qui nisi paret, / imperat; hunc frenis, hunc tu compesce
catena.

Horatius, *Epistolae*, 1.2.62 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.257).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De audacia (fol.124va):

Oratius in sermonibus libro 2. sermone 3. **Est genus vnum. Stultitiae nihilum metuenda timentis vt ignes: Ut rupes fluuiosque in campo obstare queratur. Alterum et huic varium et nihilo constantius ignes Per medios fluuiosque mentis.**

'Est genus unum / stultitiae nihilum metuenda timentis, ut ignis, / ut rupes fluuiosque in campo obstare queratur; / alterum, et huic varum et nihilo sapientius, ignis / per medios fluuiosque ruentis.'

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.3.53 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.218).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.136va):

Oratius odarum: libro 3. capitulo 3. **Equam memento rebus in arduis. Seruare mentem: non secus in bonis. Ab insolenti temperatam Letitia.**¹ Idem in sermonibus libro 2. sermone 7. **Quisnam igitur liber sapiens sibi qui imperiosus. Quem neque pauperies nec mors nec vincula terrent.**²

1. Aequam memento rebus in arduis / servare mentem non secus ut bonis / ab insolenti temperatam / laetitia, moriture Delli, / seu maestus omni tempore vixeris, / seu te in remoto gramine per dies / festos reclinatum bearis / interiore nota Falerni, / qua pinus ingens albaque populus / umbram hospitem consociare amant / ramis et obliquo laborat / lympha fugax trepidare rivo.

Horatius, *Carmina*, 2.3.1 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.45).

2. ‘Quis ne igitur liber?’ ‘sapiens, sibi qui imperiosus, / quem neque pauperies neque mors neque vincula terrent, / responsare cupidinibus, contemnere honores / fortis et in se ipso totus, teres atque rotundus, / externi ne quid valeat per leve morari, / in quem manca ruit semper Fortuna.’

Horatius, *Sermones (Saturnae)*, 2.7.83 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.245).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 5: De pressura temporis (fol.139va-vb):

Oratius in epodo libro i. capitulo 5. et finali. **Urget diem nox: et dies noctem.**¹ Idem epistolarum libro 2. epistola 3. et finali. **Singula de nobis anni praedantur euntes.**²

1. Nullum a labore me reclinat otium; / urget diem nox et dies noctem neque est / levare tenta spiritu praecordia.

Horatius, *Epodi (Iambi)*, 17.24 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.162).

2. Singula de nobis anni praedantur euntes.

Horatius, *Epistolae*, 2.2.55 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.304).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140ra):

Oratius in epistolis libro i. epistola 19. **Oderunt hylares tristem: tristisque iocosos.**

Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi, / sedatum celeres, agilem navumque remissi, /
potores [bibuli media de nocte Falerni / oderunt] porrecta negantem pocula, quamvis /
nocturnos iures te formidare tepores.

Horatius, *Epistolae*, 1.18.89 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.287).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.143vb):

Oratius in odis libro 2. capitulo 18. **Heu fugaces postume: postume Labuntur anni: nec pietas moram Rugi et instanti senecte Affert indomiteque morti.**¹ Idem in epodo libro i. capitulo 16. et penultimo. **Urget diem nox: et dies noctem.**² Idem in poetria. **Debemur morti nos nostraque. Mortalia facta peribunt. Nedum sermonum: sed honos et gratia viuax.**³ Idem epistolarum libro i. epistola 17. **Mors vltima linea est rerum.**⁴ Libro 2. epistola 3. et finali. **Singula de nobis anni praedantur euntes.**⁵

1. Eheu fugaces, Postume, Postume, / labuntur anni, nec pietas moram / rugis et instanti senectae / afferet indomiteque morti, / non si trecenis quotquot eunt dies, / amice, places illacrimabilem / Plutona tauris, qui ter amplum / Geryonen Tityonque tristi / compescit unda, scilicet omnibus / quicumque terrae munere vescimur / enaviganda, sive reges / sive inopes erimus coloni.

Horatius, *Carmina*, 2.14.1 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.57).

2. Nullum a labore me reclinat otium; / urget diem nox et dies noctem neque est / levare tenta spiritu praecordia.

Horatius, *Epodi (Iambi)*, 17.24 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.162).

3. Debemur morti nos nostraque; sive receptus / terra Neptunus classis Aquilonibus arcet, / regis opus, sterilisve diu palus aptaque remis / vicinas urbis alit et grave sentit aratrum, / seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis / doctus iter melius: mortalia facta peribunt, / nedum sermonum stet honos et gratia vivax.

Horatius, *De arte poetica*, 63 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.312).

4. Mors ultima linea rerum est.

Horatius, *Epistolae*, 1.16.79 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.281).

5. Singula de nobis anni praedantur euntes.

Horatius, *Epistolae*, 2.2.55 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.304).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 4: De mortis naturalitate (fol.144rb):

Oratius in odis libro 2. capitulo 6. **Quis scit an adiciaque hodiernae crastina vite Tempora: dii superi.**

Quis scit an adiciant hodiernae crastina summae / tempora dii superi?

Horatius, *Carmina*, 4.7.17 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.123).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 6: De mortis horribilitate (fol.144va):

Oratius in odis libro 2. capitulo 56. **Pulvis et vmbra sumus.**

Damna tamen celeres reparant caelestia lunae: / nos ubi decidimus / quo pius Aeneas, quo
Tullus dives et Ancus, / pulvis et umbra sumus.

Horatius, *Carmina*, 4.7.13 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.123).